



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Designatur inter Colloquutores VVormatienses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Designatur
inter Collo-
quutores
VVorma-
tenses.*

cus designatus est VVormatia: tempus Augusti
mensis: Præsides Colloquij Rex Ferdinandus,
Principes quatuor, quorū Archiepiscopi duo pro
Catholicis, pro Lutheranis autem Principes duo
eius sectæ. Vtrinque certi assessores decreti: tum
ni ex vtraque parte collocutores: quibus item se
accedebant tanquam subsidiarij, quos & voca-
bant Adiunctos. Inter Colloquutores Canisius
miro consensu, plausuque Præsulum, Procerum
Catholicorum: inter Adiunctos Nicolaus Gau-
danus lecti Reclamabat Canisius non modò, quod
totum negotij genus improbabat, seque, pro sua
tenuitatis opinione, imparem profitebatur: sed
etiam ne quid inconsultis Præsidibus suis, præse-
tim tanta in re, susciperet. Itaque non solum edo-
cuit de re tota Lainium, sed magnoperè rogavit
vt per eum liceret onus excutere: & Regem ipsum
per Cardinalem Augustanum diserte admonuit
nefas sibi iniussu Præsidorum suorum id munus
attrectare. Itaque has ad ipsum Lainium Ferdinan-
dus Rex literas dedit.

*Epistola Fer-
dinandi Re-
gis ad Lai-
nium.*

Notum tibi esse volumus, quod habita in his
Comitiis cum Ordinibus, & Statibus sacri Ro-
mani Imperij matura deliberatione de inuestigā-
dis